

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quarto die dixit deus. Fiat luminaria in firmamento celi: et diuidant diem et noctem. Et sint in signa et tempora: et dies et annos: ut luceat in firmamento celi et illuminet terram. Et factum est ita. Fecitque deus duo luminaria magna: luminare maius: ut p̄fesset diem: et luminare minus: ut p̄fesset noctem et stellas: ut diuiderent lucem et tenebras. Moyses primo celestium meminit quod posuit deus in firmamento ut luceret in celo: et terram illuminaret solē videlicet lunam et stellas: quibus ipsa superior mundi pars ornatur: uti terra ornatur his que in ea fiunt metallis: plantis: aiantibus. Cum enim de natura firmamenti dixerat: restabat ut de operibus siderum: deque eorum officio differeret: declarans in quem usum fundata: et cui muneri delegata a deo fuerint. Celestium enim corporum due in uniuersum manifeste operationes motus et illuminatio: motus duplex statuitur. Alter mundi totius que celum et ether. 24. horis: per totum spacium uniuersi perfecti ambitu circūuoluuntur. Alter siderum proprius multiplex et varius. Inter quos principalis motus solis: que spacio. xij. mensium zodiaci signa omnia circuit. Ille diem facit: unde et diurnus dicitur: hic autem annus. Reliqui siderum motus variis temporum intervallis paguntur. Recte igitur et breuiter nos omnino admonuit Moyses cum dixit posita sidera in firmamento in dies annos et tempora. Indicauit preterea expressere reliquam operationem siderum. Que est illuminatio: cum dixit statuta illa ut luceret in celo: et terram illuminaret. In hec igitur ministeria et lune et solis et stellarum sunt corpora distributa. Sol enim que oritur in die: licet sit unus (vnde solē esse appellatum Cicero vult videri) que obscuratis sideribus solus appareat. Tamē verū et perfecte plenitudinis lumē est: et calore potissimo: et fulgore clarissimo illucescit omnia. Quis enim stelle innumerabiles micare ac radiare videant: tamē que non sunt plena ac solida lumina: nec caloris preferunt quicquam: nec tenebras multitudine sua vincunt. Duo igitur principalia inueniuntur. que diuersam et propria sibi habent potestates calor et humor: que mirabiliter deus ad sustentanda et gignenda omnia excogitauit. Altissime hic tractande essent questiones: et que sibi singule iustum volumē exposcerent: quo pacto hec sidera sint in firmamento: an uti partes eius nobiliores: an uti aequalia in suis speris: in aqua pisces. iumenta in terris: congressum hic inter locum cum Benehliacis sibi exposceret diuinandi per astras: et prenoscedi futuros euētus: sciam hinc confirmatibus que Moyses sidera in signa posita a deo dixerit: Que rendū hic etiā de natura siderum: de motu: de principatu: de lune maculis: deque omni siderali scientia. Verū quāquam sint pulchra et digna cognitu. Audiemus fortassis Horatianū illud sed nunc non erat hic locus.

